



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

3. De pænis siue Censuris, quæ incurruntur ob communicationem, cum excommunicato, & speciatim de excommunicat. minori.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

ut quibus non communicamus viuis, neque mortuis  
communicemus, c. sacris de lepult. Si tamen signa  
penitentiae etiam post mortem edidit, absolvi de-  
bet: qui vero ex contumacia sepeliri presumunt ex-  
communicatos, ipso facto excommunicationem  
incurrunt.

## C A P. III.

*De Panis, quae incurrintur ob communicationem  
cum excommunicato.*

Communicare cum excommunicato in crimen  
criminofo scienter, id est, in illo scelere propter  
quod quis excommunicatus fuit, incurrit Excommu-  
nicationem maiorem secus minorem.

Communicare cum excommunicato in diuinis seu  
rebus sacris est mortale, quia valde repugnat autho-  
ritati Ecclesiasticae & dignitati rerum sacrarum, si ad  
has, quae maximè propriæ sunt filiorum Ecclesie, ad-  
mittantur, qui ab Ecclesia praescisi sunt. Nisi paruitas  
materiæ excusat, v. c. legere priuatim horas secluso  
scandalo & contemptu; quia hæc priuata communi-  
catione non continet tantam deformitatem.

Communicare cum excommunicato in rebus  
politici, plerunque est veniale: quia huiusmodi  
communicatio est leuis, & non admodum repu-  
gnans fini excommunicationis: quippe cum per  
se primo ac direc[t]e prohibetur usus rerum spiritu-  
alium.

Communicare cum excommunicato, tum in sa-  
cristi, tum politici sine iusta causa incurrit excommu-  
nicationem minorem.

N.B. Excommunicatio minor est censura per se so-  
lum

Ium priuans vsl passio siue susceptione Sacramentorum, est extra necessitatem: quia materia huic prohibitionis grauis est; est mortale suscipere Sacra menta.

Administrare Sacramentum in minori excommunicatione est veniale propter irreuerentiam.

NB. Episcopus in minori Excommunicatione constitutus, peccat venialiter, si celebretur, mortaliter verò propter communionem.

NB. Absolutio à Censura non est Sacramentalis hinc ante confessionem potest conferri.

In minori excommunicatione existens, non potest eligi ad beneficium, aut illi conferri, quæ est re grauis; tamen valida electio, sed potest irritari, si loquerit excommunicatum se esse.

Simplex Sacerdos non potest absoluere à minori excommunicatione, contra electum, quia nō habet iurisdictionem in foro externo.

#### C A P . I V .

*Quinam excommunicati sint vitandi?*

1. **N**Vlli excommunicati vitandi, nisi nominari & publicè denunciati, vel notorii percussori clericorum notitia facti, idque ob consuetudinem statutum Concilii Constantiensis, *Ad uitanda, &c.*

2. NB. A pena iuris non appellatur, sed à sententi JUDICIS declarantis incidisse aliquem in penam iuris.

NB. Clericus vitandus non est, si sit dubium Iuris (quia percussor se defendere potest) aliqua probabili ratio, quod non sit excommunicatus, et quod ex vehementi passione iræ percusserit. Propterea